tum esset. ut. i. e. c. i.

Tractavimus de procuratoribus qui agunt causam alienam. nunc tracte-
mus de sindico qui agit causam universitatis. videamus ergo quis dica-
tur syndicus. quis actor. quid possit uterque. Sindicus est actor uni-
versitatis. i. qui constitutus est ad agendas causas universitatis. sive in agen-
do. sive in respondendo. Potest autem fieri sindicus et qui non est de ipsa ecclesia vel
universitate. ar. i. e. c. i. et i. de iuramento. ca. In pertractandis. Actor vero
dicitur qui aliqua auctoritate persone constituitur sibi ad agendum vel respondendum.
Tam enim et curator in pupilli vel sui actorem constituere potest. ut in inst.
de curatoribus in fi. Quare et canonici possunt facere syndicum. episcopi auctoritate.
ar. v. q. iii. quia episcopus. Set et causam ecclesie patrum tamquam syndicus agere potest. ad alie-
nationem revocandam. ar. xvi. q. vii. filius. Hic autem syndicus in causa agere
et de calumpnia iurare debet cum habeat legitimam administrationem.
ut. ar. c. de iura. calump. l. ii. § i. et ar. i. de iura. calump. In pertractandis.
Illud in summa notandum quod syndicus ad unam causam et ad omnes constitui potest.
ar. ff. de muneribus et ho. l. ult. § defensores. et i. e. c. i. non obstante. quod dicitur
et ff. quod cuiuscumque univer. l. viii. Item. § i. circa principium. quod illud de procuratore intel-
ligi potest. licet ibi de sindico faciat mentionem.

Audivimus de his que quis sua sponte gerit. nunc audiamus
de his que quis facit vel promittit contra voluntatem suam. vel per vim
vel per metum. videamus ergo quid sit vis. quid metus. que coactio. que excuset
vel invitum faciat scilicet vel promissum. Vis est maioris rei impetus
cui resisti non potest. Metus est instantis vel futuri periculi causa mentis
trepidatio. ut. ff. e. l. i. et ii. Quia vero in talibus intercedit coactio.
videamus que coactio excuset. Coactio alia violenta alia modica. Vio-
lenta est que cadit in constantem virum. scilicet que continet metum mortis. vel crucia-
tum corporis. ut. ff. e. metum. habet. hanc etiam sepe excipimus qui patitur
magnanimitate. vel pusillanimitate metuntur. quia coactio in magnanimo
levis. in meticuloso violenta invenitur. Unde versus. Extra metum timor aut
constantia. Modica vero est que non cadit in constantem. Violenta ergo coactio
excusat et invitum facit factum vel promissum. ut. ar. i. e. c. ii. et ita de reg.
iur. quod latenter. et i. s. xv. q. vi. Si sacerdos. et i. s. xv. q. iii. presentes. et s. xxi.
q. ii. c. i. et ii. et ff. e. l. i. Solet autem queri utrum ablatio rei indicat violentiam